

Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desiderium collium aeternorum: fiant in capite Joseph, & in vertice Nazarai inter fratres suos.

XIV. APRILIS.
In festo Beati Petri Gonzalez, S. Telmi, vulgo appellati.

Lectio Epistolae Beati Pauli Apostoli ad Thesalonicenses.

Thes. 2.

FRatres, Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Evangelium Dei in multa solitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo ut crederetur nobis Evangelium: ita loquimur, non quasi homini-

bus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiae: Deus testis est: neque querentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis.

XVI. APRILIS.
In festo S. Thuribii de Liebana Episc. & Confes. Epistola: Ecce Sacerdos magnus, de communi Conf. Pontific. pag. xii.

XVII.

XVII. APRILIS.
In festo B. Mariae Annae à Jesu Virginis. Epistola: Fratres, Qui gloriatur, de communi Virginum, pag. xix.

XXVII. APRILIS.
In festo S. Thuribii de Mogrovejo Episcopi & Confessoris.

Lectio libri Sapientiae.

Ecc. 50.

ECce Confessor magnus, qui in vita sua suffulsiit domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex aedificatio & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimplenti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam a perditione. Qui praevaluit amplificare civitatem, qui adeptus est

gloriam in conversatione gentis: & ingressum domus, & atrii amplificavit. Qui quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriae, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia, quae sunt in transitu aquae, & quasi thus redolens in diebus aestatis. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Quasi oliva pullulans, & quasi cypressus in altitudinem se extollens. Circa illum corona fratrum: & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmae, & quasi filii Aaron in gloria sua.

Nn 2

XXVIII.

XXVIII. APRILIS.

In festo S. Prudentii
Episcopi & Confessoris.
Epistola: Ecce Sacerdos
magnus, de eodem comm.
pag. xii.

FESTA MAII.**IV. vel V. MAII.**

In festo Coronæ Domini
N. Jesu Christi pro illis
Ecclésiis in quibus asser-
vatur aliqua Spina. Epist.
Hæc dicit Dominus, ex
Missa Votiva de Passio-
ne Domini, pag. xxvi.

V. MAII.

In festo Conversionis
S. Augustini Episc. &
Confessoris.

Lectio Epistolæ B. Pauli
Apóstoli ad Romanos.

Rom.
13.

FRatres, Nox præ-
cëssit, dies au-
tem appropinquã-
vit. Abjiciamus ergo ope-

ra tenebrarum, & induã-
mur arma lucis. Sicut in
die honestè ambulèmus:
non in comessationibus,
& ebrietatibus: non in cu-
bilibus, & impudiciis,
non in contentiõne, &
æmulatiõne: sed indui-
mini Dominum Jesum
Christum.

XII. MAII.

In festo Sancti Domini
Calceatensis Conf. Epist.
tola: Beatus vir, de
communi Confes. non
Pont. pag. xvi.

XIII. MAII.

In festo S. Secúndi Episc.
Abulensis & Mart. Epist.
Stabunt just, de comm.
Martyr. tempor. Pasch.
pag. vi.

Extra tempus Pasch.

Epistola: Charissimi,
Beatus vir, de commún.
unius Martyr. Pontif.
pag. i.

XIII.**XIII. MAII.**

Vel alia die.

In festo Beati Petri Re-
galati Confes. Epistola:
Beatus vir, de communi
Confessor. non Pontif.
pag. xvi.

XV. MAII.**IN FESTO
SANCTI ISIDORI**

Agricolæ Confessoris
& Matríti Patróni.

Lectio Epistolæ Beati
Jacobi Apóstoli.

Jac.
5. d

FRatres, Patiëntes
estote usque ad
advéntum Dómi-
ni. Ecce Agricola expéc-
tat pretiõsum fructum
terræ, patienter ferens
donec accípiat temporá-
neum & serótinum. Pa-
tiëntes igitur estote &
vos, & confirmate corda
vestra: quóniam advén-
tus Domini appropinquã-
vit. Ecce beatificamus

eos, qui sustinuérunt. Suf-
feréntiam Job audístis, &
finem Domini vidístis,
quóniam misericors Dó-
minus est, & miserátor.
Confitémini igitur altér-
utrum peccáta vestra, &
oráte pro invicem ut sal-
vémini: multum enim
valet deprecátio justí as-
sídua. Elías homo erat
similis nobis passíbilis: &
oratiõne orávit ut non
plúeret super terram: &
non plúit annos tres, &
menses sex. Et rursùm
orávit: & cœlum dedit
plúviam, & terra dedit
fructum suum.

XV. MAII.

In festo sancti Torquati
Episc. & Mart. Epistol.
Stabunt just, de com-
muni unius Mart. temp.
Pasch. pag. vi.

Extra tempus Pasch.
Epist. Charissimi, Beã-
tus vir, de comm. unius

Mart.

Mart. extra temp. Pasch.
pag. i.

XV. MAII.

Vel ália die.

In festo sancti Indalétii
Episc. & Mart. Epist. in
témptore Paschal. Sta-
bunt justí, de commúni
Martyr. pag. vi.

Extra temp. Paschá-
le: Charíssimi, Beátus vir,
de comm. uníus Mart.
Pontif. pag. i.

XV. MAII.

Vel ália die.

In festo sancti Euphrásii
Episcopi & mártiris,
Epist. Stabunt justí, ut
in commúni uníus Már-
tyris, témptore Pasch.
pag. vi.

Extra tempus Paschá-
le: Charíssimi, Beátus
vir, de eodem commúni,
pag. i.

XVI. MAII.

In festo S. Joánnis Ne-
pomucéni, Mart. Epís-
tola de témptore Paschál.
Stabunt justí, de comm.
uníus Mártiris, pag. vi.

Extra tempus Paschá-
le: Charíssimi, memor
esto, de eodem comm.
pag. iv.

XXIII. MAII.

In festo Apparitiónis S.
Jacóbi Apóstoli & His-
paniárum Pa-
tróni.

Léctio libri Macha-
bæorum.

IN diébus illis: Ma-
chabæus semper con-
fidébat cum omni
spe auxiliú sibi à Deo
affutúrum; & hortabátur
suos, ne formidarent ad
advéntum natiónum; sed
in mente habérent adju-
tória sibi facta de cælo,
& nunc sperarent ab Om-

ni-

nipoténte sibi affutúram
victóriam. Et allocútus
eos de Lege & Prophé-
tis, ádmonens étiam cer-
támina, quæ fécerant
prius, promptiôres cons-
tituit eos; & ità ánimis
eórum eréctis, simul os-
tendébat Géntium fallá-
ciam, & juramentórum
prævaricatióem. Singu-
los autem illórum armávit
non clypei, & hastæ muni-
tióne, sed sermónibus óp-
timis, & exhortatióibus,
expósito digno fide sóm-
nio, per quod univérsos
lætificávit. Exhortáti ita-
que Judæ sermónibus bo-
nis valdè, de quibus ex-
tólli posset ímpetus, &
ánimi júvenum confor-
tári, statuérunt dimicáre,
& confígere fórtiter, ut
virtus de negótiis judicá-
ret, eò quòd civitas sanc-
ta, & templum pericli-
taréntur. Erat enim pro
uxóribus, & filiis, item-

que pro frátribus, & cog-
nátis minor sollicitúdo:
máximus verò, & primus
pro sanctitáte timor erat
templi. Sed & eos, qui
in civitáte erant, non
mínima sollicitúdo habé-
bat pro his, qui congres-
súri erant. Et cùm jam
omnes sperarent judí-
cium futúrum, hostés-
que adéssent, atque exer-
citus esset ordinátus,
béstiæ, equitésque óp-
portúno in loco compó-
siti, considérans Macha-
bæus advéntum multítú-
dinis, & apparátum vá-
rium armórum, & feroci-
tátem bestiárum, extén-
dens manus in cælum,
prodígia facientem Dó-
minum invocávit, qui
non secúndum armórum
poténtiam, sed prout ip-
si placet, dat dignis vic-
tóriam. Dixit autem ín-
vocans hoc modo: Tu
Dómine, qui misísti An-

ge-